



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Incarnatio Mystica Sive Christiformitas

Roger, Nicolaus

[Erscheinungsort nicht ermittelt], Anno MDCLXXXIV.

Cap. XIV. Iesvs amabilis in Elogiis ex PP.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37940

germinans Virgines, *Zach. 9. Vir, Ier. 3*
 Vir dolorum, *Is 55. Virga Aaron, E-*
xod. 7. Vita, Io. 14. Vitis vera, Io. 15.

CAPUT XV.

IESVS Amabilis in Elogiis ex PP.

TOTIUS potestatis summa, Thesau-
 rus virtutum, Flos delectationū,
 Amœnitas deliciarum, Conviviū An-
 gelorum, *Aug. Mammilla Patris, qua*
nos lactavit, Clem. Strom. Sapientia no-
bis lactescens de pane Angelorum,
 per viscera virginis trajecto & incar-
 nato facta lac parvulorum, *Aug. Apex*
totius sanctitatis, Dion. Eccles. hier. c. 4.
 Adunitio & communio Dei & homi-
 num, Mellificamen pro nobis, *Iren. l.*
5. c. 1. Victima generis humani, Euseb.
l. 10. in pres. Legatus Dei Patris, Didy-
mus l. 2. de Spiritu sancto. Infinita Dei
 clementia, *Cyrus Apollin. restitutor pri-*
 stinæ pulchritudinis, *Greg. Nyss. l. de vi-*
ta Mosis. Solutio omnium difficultatū,
Euthym. in Matt. Admiratio, Damasc. 4.
 de fide, Homo faciens Deos, I. virtus

208 CHRISTIFORMITAS,
Dei inclusa in corpore, *Orig. tr. 33. in
Matt.* Deificatio carnis nostræ, *Athan.
s. 4. contra Arria.* Appellatio continens
omnes appellaciones, *Iustin. recapitu-
lacio omnium bonorum, Iren. l. 3. c. 18*
Operator prodigiorum, *Iustin. in exp.
fid.* Unctio Patris, & Filii, & Spiritus
sancti, *Hesych. in Levit.* Ineffabilis Deus
descensus, *Cosm. hieros.* Potentia Dei-
tatis in carne latens, *Maxim. Monach.
Cent. 1, c. 11.* unio sublimium & hu-
miliium, *Amphil. orat. in Pater noster.* Ta-
bernaculum Deitatis, *Nyss. hom. 13. in
Cant.* Coagulum nostri cum Deo, *Greg.
Naz. orat 4.* Aspectus habens excellen-
tiam divinitatis, *Theoph. Alex. ep.* Ob-
ses à Patre nobis datus, Radix pacis
nostræ, *Chrysof.* Clypeus fortitum, *liber
vitæ.* Psalterium & cythara, qua Pater
canit se & creaturas, *Rupert. l. de victo-
ria Verbi.* Ferculum divinitatis, *Id. in
Cant.* Magnificencia Patris, *Greg. Mag.
Armatura, Machara Patris, virtus &
sagitta Dei patris, Hier.* Respublica o-
mnium

mnium gratiarum, statua omnium virtutum, *Chryf.* Facies ultimæ pulchritudinis, *Guill. Paris.* Amoris decalogus.

EPILOGVS.

HActenus expositâ, nec fatis unquam exponendâ Domini IESU amabilitate iubet congesta, ideoque concepto fœta mens hoc Epiphonemate adhortatorio concludere. Eia Christiformande, IESUM tuum sic agnitum nunc tandem dilige, unus non sufficit tantæ amabilitati amor, exere omnes pectoris tui vires & amores, pete latitudinem cordis sicut arenam, quæ est in littore maris, tot corda pete, quot cœlo sydera, quot in sylvis frondes, quot in agris gramina, quot in Oceanoguttæ, quot in terris mortales, quot in paradiso Angeli, quot in Domino IESU amabilitates: excors es, si cor tuum alibi quàm in IESU est. (a) Quàm aridus & durus es sine IESU! insipiens & vanus, si cupis aliquid extra IESUM! Nonne hoc est majus damnum

(a) *l. 2. de Im. Ch. c. 7.* quàm

210 CHRISTIFORMITAS,
quàm si perderes mundum? Quid po-
test mundus conferre sine IESU? esse si-
ne IESU gravis est infernus, & esse cum
IESU dulcis paradifus. Si fuerit tecum
IESUS, nullus poterit nocere inimicus.
Plus homo nocet sibi, si IESUM non
quærit, quàm totus mundus & omnes
adversarii ejus: qui invenit IESUM, in-
venit thesaurum bonum, imò bonum
super omne bonum, & qui perdit IE-
SUM, perdit nimis multū, & plusquàm
totum mundum. Pauperrimus est qui
vivit sine IESU, ditissimus est, qui bene
est cum IESU. O IESU Deus meus & o-
mnia, ubi sint omnia mea tu scis, tu e-
nim thesaurus cordis mei.

*Nescio quid sit amor cordi, quid cor sit a-
mor.*

Hoc scio, quod totus cor ego, IESVS amor.



INCAR.